

Rex habet se, ut pios, & potens.

Ut dejectus erigatur, inclinans se excelsus.

Tolet.

Euthym.

34. Diligentia meretur divinum beneficium.

4. Reg. 4.

Theophyl. Bonavent.

Cassian.

Animus gratus suo benefactori Hugo.

Malach. 4.

Dominus se exhibebat. Ut homo, visitat mulierem, ad ibi hospitandum, & prandendum. Ut Deus, ipsam sanat, & a morbo liberat. Vide supra cap. 5. num. 8. Magnificencia Domini resplendet. Ingressus est Christus, ut parum panis comederet; & ante hoc tenue obsequium, anticipatè largum sanitatis beneficium mulieri concedit. Ecce Christi potestas. Ostendit se Dominus in hoc facto, ut pius, & potens; ut pius voluit rogari à suis, ut potens, imperat febrim, Valde decens, ut potentia sit unita cum pietate. Stans super illam, hoc est, adstant illi, seu imminens illi. Et ita explicatur gestus, ac habitus Christi inclinantis se inflexo corpore ad infirmam; nec enim manus jacentis tangit, nec apprehendi potuit, quia Dominus se inclinaret: quia ut dejectus erigatur, conveniens est, ut majestas inclinetur. Et imperavit febrim. Non utitur precibus, ut simplex Propheta, aut purus homo reputetur, ut ait Toletus, sed imperio, ut Deus credatur. Et extendit manum, ac agram erexit, & elevavit. Aliqui Codices habent: Incepit febrim; hoc est, magna auctoritate præcepit, ut celeriter abiret, Nam quamvis verbum Græcum gravidum sit sensus, tamen, ut ait Euthymius: Non est hic propriè, incepit, sed præcepit. Et ubi adfuit divinum imperium, statim febris eam reliquit. Ecce præclara Christi operatio. Imperavit verbo febrim, apprehensa manu ejus. Per quod instruitur, quòd cum verbis conjungenda sint opera.

Bona vidua manifestatur in hoc evento; ut scdula, sancta, prudens, grata, ac timens Deum. Mulieris diligentia, ut sancta est, continet, & sine ulla cunctatione surrexit, ministrabat tantquam bona matrona. Et tales, ut ait D. Bonaventura, merentur divinum beneficium. Et ita dixit puer Elisæi Sunamitidi, 4. Reg. 4. n. 13. Ecce sedulo in omnibus ministrasti nobis, quid vis, ut faciam tibi. Mulier perfectè sanata, continuo surgens ministrabat illis, quia, ut ait Theophylactus, Bonaventura, infirmitatis nullæ remanserunt reliquæ, quia statim facta est potens ad motum, ac ad obsequium. Prudens continuo surrexit. Sine ulla mora surgat homo à lectulo infirmitatis peccati. Ut grata ministrabat illis, Simon. Cal. lib. 5. c. 9. ministrabat illis, scilicet, Christo sanatori ejus, & sanctis Apostolis intercessoribus ejus. Ecce mulier at timens Deum. Dicitur de Christo, stans super illam, hoc est, ut dixi, imminens illi, seu stans superior illi, quia, ut ait Hogo, neminem sanat Dominus, nisi stet super eum, id est, nisi timentem se, hoc est, nemo sanatur, nisi consideret Dominum sibi superiorem, & eum timeat. Malach. 4. num. 2. Orietur vobis, timentibus nomen meum, Sol justitia, & sanatus in pennis ejus.

QUESTIO VI.

Quare Dominus porrecta manu erigat socrum Petri?

35. CUM rogaretur Dominus à suis discipulis, ut femina daret sanitatem; ad lectulum accessit, & mulieris manum tetigit, ut Martheus scribit, & ut Marcus ait, apprehensa manu elevavit eam. Et simul verbo increpavit, seu imperavit febrim, ut celeriter discederet, & abiret.

Cur Dominus hic extendit manum ad sanandam mulierem.

36. Prima solutio, & germana est. Potuit Dominus hanc mulierem absentem sanare, voluit tamen in hoc miraculo ei se presentissimum declarare, & ideo accessit ad lectulum, ut indicat verbum stans super illam; deinde tangit manum, ut fidem mulieris maxime conciliaret, nam audito imperio Christi ad febrim, & apprehensa manu ejus, non poterat mulier ignorare, se virtute Christi sanatam esse. Nam adeò ingratus est homo, ut sæpè multa media requirantur, ut Deum cognoscat auctorem in suis beneficiis. Sic leprosum, ut quo maxime peccator figuratur in Scriptura, manu tacta, curavit à lepra, Matth. 8. num. 2. ut vidimus supra cap. 20. Inquit verò D. Cyrillus, quòd eam manu tangit, ad indicandam suæ carnis efficientiam, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

37. Secundò respondet Chrysostomus homil. 28. in Matth. Aliquando, ait, verbis solis affert curationem, nunc verò manus porrectione febricitantem sanavit. Nonnunquam autem utriusque utitur, ut multis modis pro oculis curatio addatur. Nam, cum adhuc, deitatis sua mysterium latere multos, commodius fuerit, ac præcipue discipulos, ne præ gaudio clamassent, ideo volebat, semper humana curationis modum excedere. Aliquos curat Dominus solis verbis, alios tactu suæ sanctissimæ carnis, & alios utriusque modo. Cum enim sit Deus omnipotens, variis, & multis modis operatur. Et etiam in dando præclaro sanitatis beneficio quandam varietatem retinere voluit. Deinde hic ad mulierem manum extendit. Valde consuetum est, ut si quis, jacentem erigi velit, manum ei porrigat. Et quia Christus, ut ait Chrysostomus citatus: Nolebat semper humana curationis modum excedere: tum, ut quantum fieri posset, occultaretur miracolum, ut intendit Chrysostomus citatus; tum etiam, quia in miraculis perpetrandis ad consuetum curationis modum voluit condescendere. Adeò enim Christus detestatur singularia; & extraordinaria, ut etiam in miraculis operandis, quantum fas est, ad communes vias proportionetur. Et ideo bene ait Hugo in genda. cap. 8. Matth. Tangit manum, & non caput, quia ipsum elevare volebat. Vide supra cap. 5. num. 40. & lib. 2. c. 4. n. 33. & lib. 5. c. 2. n. 50. & 51.

38. Tertio, D. Petrus Chrysológus serm. 18. Quæ necessitas, ait, tangendi erat, ubi inerat jus jubendi? Sed Christus tenuit manum mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortem, ut quòd manus presumentis amiserat, manus repararet auctoris, ut acciperet indulgentiam manus, quæ carperat de morte sementiam. Similiter D. Paschasius lib. 5. in Matth. Cœlestis medicus ibi adhibet medicinam, unde origo infirmitatis habuit exordium. Et quia, dum mulier manus extendit ad vetita, ac viro suo dedit; morbus tunc habuit ingressum; ideo manus auctoris manum mulieris primò tangit, & primò sanare intendit. Quarto, Primus Rex, ac Præful extitit Adamus; in cujus domum per accipientis manus malum, ac culpa invenit ingressum, & inde tota respublica generis humani collapsa est. Cum autem Petrus esset primus Præful Ecclesiæ Catholicæ, in ejus domo id, quod Dominus primò intendit sanare, est manus accipientis, ut cum ibi nihil sit munere corruptum, omnia existant integra, solida,

36.

37.

38.

Paschas. Origo morbi curanda.

Domus judicis à muneribus sit aliena.

Paschas.

39.

Grammatic.

Familiares & amici speciali favore prosequendi.

D. Thom.

Plalm. 72.

40.

Cognitio infirmitatis divinum manum sollicitat ad miserandum.

41.

Matth. 8.

Ambros.

Major pugna ab appetitu nostro, quam ab externo hoste.

42.

Josue 10.

da, & permanentia. D. Paschasius citatus. Sic omnia Salvatoris continent opera. Justum quippe erat, ut quòd manus presumentis amiserat, manus repararet auctoris, & indulgentiam reciperet, quia intulerat mortem.

Quintò, Christianus Grammaticus cap. 18. de socro Petri. Quia, ait, duo discipuli sui ante illi pro ea rogabant, & verbo febrim fugavit, & manum surgenti porrexit. Non solum verbo sanat Dominus, vel solo tactu fugat malum, sed utroque simul, quia, ut vult ipse, duo dilectissimi discipuli, scilicet Petrus, & Andreas rogabant pro ea. Et ubi specialis familiaritas advocatorum intervenerat, particularis Domini favor fuit explicandus, cum valde aquum sit, ut illi, qui de se sunt benemeriti, singularem benignitatem, ac favorem, sine iustitiæ tamen læsione, recipiant. D. Thom. Querit Chrysostomus, ait, quare curavit socrum Centurionis solo verbo, istam verò tactu? Et respondet, propter familiaritatem, & in hoc magis ostendebat suam humilitatem, & ideo tactu auxilium dedit. Plalm. 72. num. 24. Tenuisti manum dexteram meam.

Sextò, Arteriarum pulsus, morbum, aut sanitatem corporis indicans, ad collum, ac radices manuum se prodit: manum febricitantis tangit Dominus, ut ipsa integra sanitatem valeat recuperare. Ubi enim cognitio propriæ infirmitatis manifestatur, ac apparet, illic statim divina manus advolat ad medicamen præstandum. Non caput, non oculos, non os infirmæ tangit Dominus, sed manum, in qua pulsus corporis infirmitatis cognitionem dat: semper enim cognitio nostrorum malorum manum omnipotentis Dei sollicitat ad medicamen. Vide supra cap. 5. numero 64, 65. & 66. & cap. 3. num. 182.

Septimò, Cum suis discipulis in navi per mare navigat Dominus; exoritur magna tempestas, iratæ naviculae operiretur fluctibus, rogantibus discipulis, imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna, Matth. 8. num. 26. At in hoc eventu pro infirma deprecantibus Apostolis, non solum imperavit febrim, sed etiam manum applicat, tangit infirmam, & eam apprehensam elevat. Cur ergo in tempestate maris, commotione fluctuum, inæqualitate aëris, & ventibus ventis, Dominus tantum imperat, & facta est tranquillitas: at hic jubet, & simul manum movet. Ut ait hic Ambrosius lib. 4. in Luc. Febris nostra, luxuria est, Febris nostra, ambitio est, Febris nostra, iracundia est. In tempestate maris designatur bellum, quod ab elementis, ab hostibus externis in nos commovetur. At in hac febrim appetitus luxuriæ, ambitionis, & iræ se produunt. Et adversitas illata ab exterioribus inimicis ferociter lævientibus jussu comprimuntur, & sedantur. At ut pugna quæ à nostris appetitibus interioribus exorta est, reprimatur, & vincatur, cum Dei verbo ejus omnipotens, manus fuit conjungenda, ut tu ex hoc agnoscas, quam grave sit bellum nostrarum domesticarum affectionum.

Glorioso triumpho Amorrhæorum phalangas devolvit penè usque ad internecionem Josue cum suis ducibus, & militibus. At, cum quinque Reges lætentes in spelunca superessent, ait Josue suis militibus: Aperite os spelunca, & producite ad me quinque Reges, qui ibi latitant;

percutitque Josue, & interfecit eos, Josue 10. v. 22. Magna hostium multitudo à militibus dejecta, ac prostrata erat. Cur etiam hi Reges ab eis non sunt occisi, qui dicuntur interfecti à Josue? Si dicas: Quia Reges. Multi Reges caeli sunt ab exercitu Israëlítico. Sehou Rex Amorrhæorum Num. 21. n. 26. Og Rex Basan, b. v. 33. Cur ergo hi Reges Josue manus enecati scribuntur, ac narrantur? Origen. homil. 11. in Josue. Quinque Reges, ait, quinque sensus in corpore positi per Jesum devicti. Similiter Galfrid. apud Tilmannum in Allegoriis inquit: Quinque Reges in spelunca, quinque sensus in carne humana, qui merito Reges dicuntur, quia non nisi per illos ipsa caro regitur. Alij adversarii, & Reges, erant externi hostes, & ideo à quolibet milite Israëlítico prostrati sunt. At hi quinque præfigurabant sensus, & hominum appetitus, qui non poterant peccati appetitus ab alio, nisi à fortissimo duce ipso Josue, qui ad eorum internecionem cum imperio manus adhibuit; mandavit enim suis militibus: Aperite os spelunca, & adducite ad me quinque Reges. In hoc facto Josue manus decantatur. Percussitque Josue, & interfecit eos.

Pulchrum debium mecum expende. Prolabatur in adulterium David cum Bethsabee, in quo nimio sopore depressus jacebat. Jussu Dei venit ad eum Propheta Nathan; & magno parabola- rum velamine, verborumque longa serie suam Regi proponit delictum, ut habes 2. Regum 12. & num. 1. Graviter deliquit David in annumerando Populum; tamen ipse suæ conscientie stimulis est in se reverfus. Percussit autem cor David cum, postquam numeratus est populus. Et dixit David ad Dominum, Peccavi valde in hoc facto, 2. Reg. 24. num. 10. Et venit ad eum Propheta Gad, qui paucis verbis ei in suo supplicio optionem proponit, ibid. num. 13. Cur in adulterio ita dormiebat David, ut necessarium fuerit excitari à Propheta? At in annumeratione Populi suæ conscientia pungitur, & in se revertitur: Cor lata figura in explicando adulterium, tot verba proponuntur ad movendum, disponendumque cor Regis, at in annumeratione Populi nil horum exigitur, ac cor suum eum momordit; In adulterio appetitus captivavit Regem: at in numeratione Populi vide quòd ait Scriptura 1. Paralip. cap. 21. num. 1. Consurrevit autem Satan contra Israël, & concitavit Davidem, ut numeraret populum. In regni computatione externus adversarius, nempe Diabolus, bellum excitavit & movit: at in adulterio ab ipsiusmet appetitu tota erat pugna. Et quando bellum ab adversario externo peragitur, cor David percussit eum, & ad integram satisfactionem pauca Prophetæ verba desiderantur: at dum certamen ab interno appetitu commovetur, parabola, figuræ, & multa Prophetæ verba, ac alta dispositio interveniunt. Tantum per omnem modum exigitur ad tam crudelem adversarium eradicandum. Unde ait D. Dorotheus Abbas de Abrenunciacione. Diabolus circum, quatit, quem devoret, laurare potest, mordere non potest, nisi volentem. At in ipso est voluntas impellens, quæ, si fuerit devicta, mordet, lacerat, & enecat. Ferè similiter D. August. serm. 297. de tempore.

Origen.

Galfrid.

Ad videndos appetitus manus Josue explicatur.

43.

2. Reg. 24.

1. Paral. 21.

Plura requiritur ad vincendos nostros appetitus, quàm ad externos hostes debellandos.

Dorothe.

August.



QUÆSTIO VII.

Quare ipsamet Petri socrus surgens ministrat?

44. Chrysof. Hieron. Dona Dei sunt perfecta.

PRIMA, & communis omnium ratio litteralis, ut mulier sanata ostenderetur. Nam, ut docent D. Chrysof. homil. 28. in Matth. D. Hieronymus & alij hic. Corpora dimissa à febrì, adhuc post aliquale tempus languescunt, & sunt debilia, & tentes vires apparent. At mulier Dei beneficio indilate integram sanitatem recuperavit, cum beneficium Dei sint perfecta, & absoluta. D. Paschasius lib. 5. in Matth. Contra consuetudinem, inquit, febricitantium, qui solent incipiente sanitate lassescere, & agitudine sentire molestiam, sed sanitas qua Domini confertur imperio, tota simul redit. Et post pauca addidit: Quia ubi virtus curat, nullum residere debet vestigium infirmitatis.

Paschas.

45. Idem.

Secundo idemmet D. Paschasius aliter respondet. Domus Petri non absque mystica, ut credo, significatione commemoratur. Ita hujus obsequium, quod si non ob aliud, tropologicè saltem ad demonstrandum, secundum Apostolum, ut membra, que seruiertunt iniquitati ad iniquitatem, fructificent, & seruiant iustitiæ in sanctificationem. Non aliquis amicus, non vicinus, non propinquus, non famulus ministrat; sed ipsamet femina, quæ jacuerat; ut membra, quæ seruiertunt febrì vitiorum, ac peccatorum, famularent etiam iustitiæ, ac virtuti, ut ita mundarentur, ac sanctificarentur: nec enim validiora, ac robustiora debent esse membra ad supportandam gravitatem peccati, quam ad præstandum iustitiæ obsequium. Unde eleganter ait Chrysof. ser. 18. Vidit, ait, decumbentem sub suorum sarcina peccatorum, ut iis ad precessem usque febrientem; & tenuit manum ejus, & surrexit, & ministravit. Hinc est, quod erecta est, qua jacebat, & ministrat Christo, dum sanctificat manus suas modo operibus bonis, quas amea malis operibus polluebat. Unde maxime arguendi sunt, qui, cum se habeant, ut valde robusti in itinere perditionis; ad sanctificandas animas suas iudicio Medicorum; ut agrì, ac febricitantes torpescunt.

Membra, que seruiertunt iniquitati, seruiant iustitiæ.

Chrysof.

46. Ambros.

Tertiò D. Ambrosius lib. de viduis. Potest etiam hoc loco, ait, videri Petri socrus, affectio voluntatis, ex qua sibi velut semen futura posteritatis assumpserat. Simul, qualis esse debeat, que Christo ministrat, ostenditur. Oportet eam primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis, animique languorem: ut corpus, & sanguinem Christi ministrat. Neque enim potest quisquam peccatis suis ager, minimeque sanus, immortalium sanitarum remedia ministrare. Vide quid agas Sacerdos, nec febrienti manu corpus Christi attingas. Prius cura, ut ministrare possis. Devenit Dominus ad domum Petri, ut ibi hospitetur. Et statim Apostoli ad primum ingressum pro focu Simonis laboranti rogant. Cur non præmittunt Apostoli, ut mulier agra disponat necessaria, porrigat panem Christo discumbenti ad mensam cum suis discipulis? factò mulieris obsequio, tunc videbatur opportuna occasio, ut pro muliere loquerentur, ut Dominus petita facile condonaret. O divinum, Apostolicum ingenium! Calluit enim, quòd ma-

Sacerdos prius à peccatis.

nus febricitans in cœlesti Christi mensa administrare non poterat: & ideo opus erat, ut mulier esset prius sana, ab omnique agitudine libera, quam tali mensæ assisteret, eique porrigeret panem. Audiant hæc Sacerdotes, quorum manus in cœli convivio ministerium exhibent, nulla sit manus febricitans, sed omnia sint pura, & mundanda. Quod confirmat eiv. D. Ambrosius. Si mundos eos, qui ante fuerint leprosi, Christus jubet occurrere Sacerdotibus. Luc. 17. num. 14. Quanto magis mundum ipsum convenit esse Sacerdotem?

Ambros.

Luc. 27.

47. Ambros.

Quartò idem Ambrosius loco citato. Et bene Petri socrus surrexit, sacramenti enim ipsis Apostolica jam gratia ministrabat. Proprium est autem, surgere Christi ministros, juxta quod scriptum est: Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, ad Ephes. 5. num. 14. Gratia Apostolica scintilla. Ad Ephes. 5. bat jam in muliere, & ideo surgens ministrat: proprium est enim ministrorum Christi non dormire, nec torpescere in peccatis, sed hujusmodi somnum excutere, & ab illis surgere. Unde acute ponderat D. Hieron. ad citata verba Apostoli, quòd quasi viventis dicitur: Surge, qui dormis, & mox quasi mortui: Exurge à mortuis, quia quamvis homo per peccatum sit mortuus, Ezech. 18. num. 20. ut vivus surgat, & à Ezech. 18. suis iniquitatibus recedat.

Ministrorum Christi est surgere.

Hieron.

48. Carthuf.

Animus gra-

tus famula-

tur.

Quintò Carthusianus. Ministrabat Christo, & commensalibus ejus tanquam gratia de beneficio sanitatis sibi tam miraculose collato, & valde letata eos quoque, quibus ministrabat spectaculo iustificans tam jucundo. Sextò, & satis docte Simon Cassian. Cassianus lib. 5. cap. 9. Non ista, ait, beneficium otiose suscepit; nam recepta illico sanitate, contulit ad agenda: conspiciens, fore necessitatem, & decentiam, Christo pauperi, & ejus collegio ministrare. Non expectavit de administratione præceptum, quamquam non sine præcepto importuna febris abisset. Surgens ministrabat illis de facultatibus, & corpore circa obsequia se præstabat. Optimum in moribus est, accepta gratia cooperari, & omne, quod à Deo accepimus, in dedicationem convertere creatori: sicut ista sanitate receptam in obsequium illico statuit largitoris. In, Quod à Deo specta necessitate Collegij Apostoli, absque præcepto, surgit mulier; & ministrat necessaria, Generosus, ac liberalis animus ad obsequia præstanda iustionem non expectat. Et optime mulier acceptæ gratiæ cooperatur, valetudinem, ac vires, quas à Deo acceperat, totum convertit in obsequium creatoris. Ac proinde surgens ministrat. Vide supra cap. 3. n. 255. & 265. & cap. 7. num. 43.

49. Chrysof.

Septimò D. Petrus Chrysof. serm. 18. Et Christus, inquit, mulieris indigebat obsequio, & mulieris provecta ætatis, senectutis summa filiis aggravata: sic in domo Petri non erat vernacula, non minister, non familiaris, non propinquus, certè non uxor, que matris obsequium præveniret? Et ad summum Petrus ipse causas sua verecundia non videbat, ut hoc anus, hoc socrus faceret magistro discipulus quod debebat? In domo Petri nec erat ejus uxor, quæ, ut probabiliter dixi. 1. adhuc vivebat; nec erat ejus filia, nec propinquus, vel consanguineus, nec famulus, nec minister, sed solum hæc anus, in qua jam calor sanguinis defecerat: quia in domo Prælati nullus sit affectus consanguineorum, sed omnis frigeat, ac remissus abeat: non sit turba famulorum, vel aulico-

In domo Prælati non sit famulorum turba.

Cap. XXII. A febrì dimittitur focer. Petr. 515

rum, sed tñtum mulier annosa quæ necessaria obsequia Christo valeat ministrare. In domo Petri non erat vernacula, non familiaris, non propinquus, &c.

50. Paschas.

In domo Ecclesiastica non sunt privilegiati, sed laborant omnes.

51. Gen. 18.

Nullus sit à labore exemptus.

Chrysof.

52. Philipp. 2.

rum, sed tñtum mulier annosa quæ necessaria obsequia Christo valeat ministrare. In domo Petri non erat vernacula, non familiaris, non propinquus, &c. Octavo, Ad citata verba Chrysof. quæ ferè eadem habet. D. Paschasius lib. 5. Matth. Cum magna admiratione ponderandum, quod mulier provecta ætatis, gravida annis, filiis plena surgat; & manibus suis ministrat. Cur non alius exhibet hæc obsequia, verecundiæ enim videbatur, quod mulier tam annosa, omni veneratione digna, omni respectu colenda, cui omnes, sive extranei, sive propinqui, summum deferrebant honorem, surgens adster, ministrat, ac veniens, & iterum rediens omnia persolvat obsequia? O magna domus Petri, in qua nemo otio indulget, nemo exemptione gaudet, nemo communia prætermittit, omnes æqualiter labori incumbunt, itant nec veneranda senex otio ferietur, vel privilegio exempta inveniant; & quamvis vires sint tenues, tamen sedule ministrat, ac promptè obsequia persolvit.

Christus nullius ex-emptionem vo-

Bernard.

Luc. 4. n. 40. Cum autem Sol occidisset; omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens, curabat eos.

VERSIONES.

Syriaci. Occidente verò Sole, omnes, qui habebant infirmos variis affectos morbis, adducebant illos ad eum: ipse verò uniuicuique eorum manum suam imponebat, eosque sanitati restituebat.

Vatablus. Quum autem Sol occideret; omnes, qui habebant;

Arias. Quotquot habebant infirmos.

ALTER TEXTUS.

Matth. 8. n. 16. Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curavit, ut impleretur quod dictum est per Isaiam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotaiones nostras portavit.

Matth. 1. n. 31. Vespere autem facto, cum occidisset Sol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes.

EXPO